

gouverneur et gardien aux gages de dix mille huit cent vingt-deux livres et 10 sous (de bons petits tournois) par an, sans préjudice des dépenses extraordinaires (qui lui

ipse octavus mililum, cum uno vexillario et cum decem et oeto scutiferis. Castra aufem et forlalitya predicia cum numéro gentium sibi placido (sic) in pcriculo suo tamen faciel custodiri. Nos autem pro regimine et gardia supradictis predieto B. dare promiltimus decem millia octo centum viginti duas libras et decem solidos bonorum Turoncnsum parvorum usque ad unum annum a data presentinn numerandi (sic), et de minori minorem juxta extimacionem summe predictae. Si vero aliquo casu accidret, propter aliquam causam jitstam, sex portas Lugduni, très portas Sancti-Justi, pro earum custodia quantolibet majori numéro servientium quam quatuor indigere, vel plures portas in !ocis stabilire predictis, vel si in castris predictis oporteret fieri garnisionem majorcm vel ho«pitium suum mniri majori numéro militum et scutiferorum quam predictum est, predictusque B. videret quod oporteret de necessitate numerum stabilitarum ipsarum et expensas sui hospitii augmentari, eidem promittimus juxta augmentum predictum sibi facere computari ; et solvere pro vexillario, viginti solidos; pro milite, decem ; pro sculifero, quinque ; pro serviente nobili, duos solidos bonorum Turoncnsum parvorum ; et pro majori quantitate gentium, si de ipsis augmentum fieri oporteret, vadia cōsueta. Poterit tamen predictus B. civitatem, rillani, castra et forlalitya predicta in suo periculo tenere cum numéro sibi placido (sic) gentium, pro pretio supradicto. Nos autem in civitate Lugdunensi debemus de courrierio, judice et cancellario providere et de vadiis suis satislacere eisdem. Et promisit dictus B. bona fide et sub obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum ubicunque existentium, quod ipse bene et fideliter civitatem, villam, castra et forlalitya predicta modo predieto contra quascunque personas stabiliet, custodiet et défende t; nec ea cuiquam reddet, nīsi de nostro speciali mandato et per nostras pendentes litteras certa intersigna qu» sibi diximus continentes, et si nos ibidem castrum, villam seu fortalilium perdereiuus et probaretur evidenler quod hoc esset ex sua scientia vel proposito aut ob ejus deffectum, ipse reputat et tenet se proditorom nobis et regno nostro et in locis omnibus forisfactum In quorum teslimonium presentibus nostrum fecimus apponi sigillum. Datum Pissiaci XX* die januarii, anno Domini M" CCC" decimo.